



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

55 Inferiores Praelati bona ecclesiarum alienantes, poenam privationis beneficiorum ipso facto incurrunt & num 65.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

lita, immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus, Ecclesie, Monasteria, & pia loca reguntur, ac illustrantur, & eorum ministri sibi parant alimoniam profanis usibus applicari, aut cum maximo illorum, aut divini cultus detrimento, exquisitis mediis usurpare præsumunt, occurrere cupiens, omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus à jure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc cum Ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus, & bonis, qui servando, servari non possent, pro tunc temporis exigentia, sua perpetuo valitura constitutione prohibuit prædecessorum suorum constitutionibus, prohibitionibus, & decretis aliis super hoc editis, quæ ejusdem constitutionis tenore innovavit, in suo robore permanentibus, & si quis contra dictæ suæ prohibitionis ferriam de bonis, & rebus ejusdem quidquam alienare præsumeret, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductione, & infeudatio ipsa nullius omnino essent roboris, vel momenti, & tam, qui alienaret, quam is, qui alienatas res, & bona prædicta reciperet, sententiam excommunicationis incurreret.

Alienantur verò bona Ecclesiarum, monasteriorum, locorumque piarum quorumlibet, inconsulto Romano Pontifice, aut contra dictæ constitutionis tenorem, si Pontificali, seu Abbati ali præful-

geret dignitate, ingressus Ecclesie esse penitus interdictus, & si per sex menses immediatè sequentes sub interdico hujusmodi animo (quod absit) perseveraret indurato, lapsis mensibus eisdem à regimine, & administratione suæ Ecclesie, vel monasterii, cui præsideret, in spiritualibus, & temporalibus, esset eo ipso suspensus.

Inferiores tamen verò Prælati, Commendatarii, & aliarum Ecclesiarum rectores beneficia, vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personalibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliisque ecclesiasticis cum cura, & sine cura, sæcularibus, & regularibus beneficiis, quorum res, & bona alienarunt, duntaxat, ipso facto privati existerent, illaque absque declaratione aliqua vacare censerentur, possentque per locorum Ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertineret, personis idoneis, illis exceptis, quæ propterea privata forent, liberè de jure conferri, nisi aliàs dispositioni Apostolicæ Sedis essent specialiter, vel generaliter reservata.

Nihilominus tamen alienata res, & bona hujusmodi ad Ecclesias, monasteria, & loca pia, ad quæ ante locationem hujusmodi pertinebant, liberè reverterentur, & dicta constitutio corrigit jus antiquum, & plures removet quæstiones, & difficultates à Doctoribus, & præsertim à Redo. in d. tract. de reb. Eccles. non alienan. & à Rebuff. in suo comp. eod. tit. subtiliter tactas. Et Episcopis, Abbatibus, Capitulis, & aliis personis ecclesiasticis tollit omnem facultatè bona ecclesiasti-